

vit Lotharius: posterius Azo *in summa*, C. hoc tit. cujus opinio, etsi communiter recepta sit, Lotharii tamen sententiam jure sustineri posse putamus, vide Alciatum 2. *paradox. cap. 6.* Bodinum *lib. 3. de Republ. cap. 5. & in method. histor. cap. 6.*

PRACTICORVM OPINIO.

Utraque opinio dextrè intellecta potest defendi. Solus enim Princeps habet imperiū merum, sed quatenus cumulativè regulariter alios de eo investit, investmentis hujus respectu non solus habere videtur. Quinimò & communis opinio eò respicit, quod regulariter quilibet Princeps hodie, & quilibet Comes in suo principatu & comitatu habeatur pro Imperatore. Id quod non tantum ex eo evincitur, quod feuda illa in genere dicantur regalia *per cap. 11. de prohib. feud. alien. per Fred.* sed & quia magis videtur subditus obstrictus Comiti vel Principi, quando Imperatori *per d. cap. in fin.* & quæ ibi notantur *per Dd.* ut hoc respectu verior sit Azonis sententia.

THEORICORVM PRÆCEPTORVM

propositio decimaquinta.

De Rectoribus & Senatu Academiarum sæpè disputatum meminimus, an merum habeant imperium, & in criminalibus studioforum sint competentes iudices juxta Authent. *habita, C. ne filius pro patre?* Affirmat id Scipio Gentilis *lib. 3. de jurisdiction. cap. 17.* Negat Heigius *p. 2. quest. 11.* Azo *meus disputat. 2. thes. 3. quest. ult.* Jason *in l. 3. num. 52. ff. de constitut. Princip.* Donel. *17 comment 20.* Nos distinguimus inter plenum & minus plenum imperium: hoc illis competere, illud non item dicimus, nisi Princeps fundator aliud statuerit, quod ex foundationibus judicandum, cujus rei illustre exemplum reperitur Parisiis in cœnobio Mathurinorum, ubi Præfectus urbis duo

Qualis jurisdictione competat Academicis.

D

Schola-